

Sermo

In illo tempore erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capbarnau. hic cum audisset. qd ihesus adueniret a iudea in galileam a hinc ad eum et rogabat vt descenderet et sanaret filium eius. incipiebat enim mori. Dixit ergo ihesus ad eum. Ni si signa et prodigia videritis non creditis. Dixit ad eum regulus. Domine descende priusq moriatur filius meus. Dicit ei ihesus. Nade filius tuus viuit. Crededit homo sermone quem dixit ei ihesus et ibat. Jam autem eo descendente serui occurrerunt ei et nuntiauerunt dicentes. qd filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat. Et dixerunt ei. quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater. quia in illa hora erat in qua dixit ei ihesus. filius tuus viuit. Et credidit ipse et domus eius tota

Dominica. vicesima prima

Sermo centesimulsexus

Frat quidam regulus cuius filius infirmabatur. capbarnaum. In officio presentis dominice monemur ad curationem anime quod signatur in puero infirmante et febricitante. De quo agitur in euangelio hodierno. Laborat enim febre concupiscentie qua caro concupiscit aduersus spiritum. et inflata est pena lege iusticie: et hoc est nimis quod anima non obediuit suo superiori iure suum inferius repellat ei. et hoc confitemur in introitu misse. Omnia que fecisti nobis domine. Consequenter petimus in collecta deo reconciliari indulgentiam criminis

Centesimulsexus

B

et pacem pectoris postulantes cum dicimus. **L**argire domine quesumus. fidelibus tuis indulgentiam placatus et pacem. **J**ob. ix. Quis restitit ei et pacem habuit.

Qualiter autem infirmus iste custodiendus sit. et a noxijs cohibendus. in epistola docemur. vbi monet nos apostolus. **N**olite inebriari vino in quo est luxuria. quia sicut ait **J**eronimus. **M**enter mero estuans defacili spumat in libidinem

Consideranda igitur sunt in hoc euangelio quinque

Primo quis sit regulus a quo dominus rogatur

Secundo quis eius filius pro cuius salute dominus rogatur

Tercio quis sit locus vbi infirmatur.

Quarto quis sit morbus a quo grauiatur.

Quinto que hora septima in qua liberatur. **R**egulus iste est spiritus rationalis cui regnum anime et etiam rerum temporalium est commissum. **E**ccl. xvij. Dedit dominus homini potestatem eorum que sunt super terram. posuit timorem illius super omnem carnem. scilicet motum carnalem. et dominatus est bestiarum et volucrum id est motuum carnalium et spiritualium.

Tria queruntur in rege ad hoc vt bene regat regnum suum. scilicet sapientia. potentia et bonitas. **E**t primo sapientia qua nouerit inter iustum et iniustum discernere. vnicuique iura sua tribuere. **v**n. iij. **R**egum. iij. **I**detur salomō a deo. dabis dñe seruo tuo cor docile vt iudicare possit populum tuum et discernere inter bonum et malum